

Sigismundus primus Polonis Rex
 Joanni Dantisco Episcopo Culmen-
 si suo apud Casarem Oratori

Reverendissime in Christo Pater sincere nobis dilecte
 Woiwoda Moldaviensis et Prædecessores sui, et omnes
 est, et impietas Tyrannorum, nihil unquam fideliter,
 quod tenebantur, memoriâ nostrâ, Regno huic nostro
 præstiterunt, nam eque ij, qui nobis quam qui prædeces-
 soribus nostris iure et fœderibus Christianis alligati
 erant, non magni apud se estimabant fidem viola-
 re. Is tamen Woiwoda qui imprærens sub imperio
 tenet Valachos, perfidia d' omnis generis iniquâ frau-
 de ceteros superavit, nam præter omnem expectatio-
 nem nostram hieme præteritâ firmissimâs fœderibus
 et iuramentis quâ nobis tenebantur, pessimâto ho-
 stiliter Regnum nostrum invasit, et provinciam no-
 stram suis finibus adiacentem, que Pokucie munu-
 petur, violenter occupavit, quam nos iniuriam cum
 ferre diu non possemus, Exercitum mercenariorum
 militum Selectorum comparavimus, quem et si non
 multo ante festam Sancti Jacobi ad loca, que præsi-
 diis hostis firmata erant admovevi feceramus, jam
 tamen æternam ad illo consecuti sumus victoriam;
 Adventu enim primo Mostroꝝ ad hostium sta-
 tionis

stationes, supra decem firmissima presidia unò die
et stratagemmate magnifici Joannis Comitis de
Farnow Palatini Russia et capitanei Exercituum
Regni nostri generalis, sunt disturbata, Provinciae
que nostra Pokucie tota, illò die cum multa ho-
stium strage recuperata. Ad quem suorum casum
cum numerosi rursus hostes occurrerant, circa
castellum Godziecz quod obsidione gravi uiderant,
sunt per nostros profligati. Tertio, ipse Voiewoda
perfidus Tyrannus in Octava assumptionis Beatissi-
me Virginis Mariae produderat secum instructas
suas copias omnes, et ad locum ubi in statione
erant nostri milites, vallò et curribus et moris
est uncti omnem vim armatorum et tormentorum
bellicorum admovent, ubi tum nostri priori vi-
ctorià armati & armati, et ope divinà adiuti,
tametsi via sextam partem hostium numero suo
equauerant, commiserunt praelium & cum hostibus
pro iniuria facientes, ad quinque horas conserue-
runt manus, illosque ad internecionem usque pro-
straverunt, namque praeter multa millia caesorum,
Voiewoda ipse duplici vulnere est affectus. Torment-
ta bellica magna quinquaginta adempta cum
curribus onerariis et toto commata. De qua felici
victoria cum nos heri acceptò nunciò mirificè
exultarati essemus, continere non potuimus, quin e-
ius nostri gaudij laetaream maiestatem et cere-
nissimum Dominum Ferdinandum Romanorum
ac Hungariae et Bohemiae S. Regem participem
faceremus. Quare scribimus utrique illorum de
haec